

Pflichten der Gläubigen als Individuen und in einem Schlusscapitel über Beendigung dieser individuellen Rechtsfähigkeit.

In besonderen Abtheilungen handelt dieser 2. Theil sodann weiter über Eherecht, Patronatsrecht, Genossenschaftsrecht (Orden mit specieller Berücksichtigung der religiösen — Männer- und Frauen-Congregationen und Bruderschaften, S. 454—473) und schliesst dieser Theil sowie das ganze Werk mit dem Vermögensrecht. Ein treffliches Schlussregister von i. G. 104 Columnen erleichtert das schnelle Aufsuchen erwünschter Punkte.

Unter Zusammenfassung des bisher Gesagten sind wir keinen Augenblick im Zweifel, dass der Wunsch des durch seine vielen (seit 1855) vorausgegangenen wissenschaftlichen Arbeiten rühmlichst bekannten Verfassers, womit er seine Institutionen schliesst: auch „dem Diöcesanclerus dürften meine Hinweise auf das jus. dioec. lieb und erwünscht sein“, in Erfüllung gehen wird.

Neustadt O/S.

Const. Vuviatkowski,
Gymn. Religionslehrer.

Enchiridion philosophiae seu disciplina humanae rationis
ad scientiam veritatis comparandam. Pars prima complectens

Logicam universam

auctore Fr. Satolli, socio Acad. Rom. s. Thomae Aquin. Brunae 1884, typis
et sumptibus pontificiae typographiae O. S. B. Raihrad. pagg. 270 in 8°.

Fl. 250 = M. 5.

Praesens libellus, quo R. P. Satolli, socius Academiae Romanae s. Thomae Aquinatis, verosimiliter sodalis familiae Dominicanae seu ordinis Praedicatorum, rem logicam auxit, sibi proponit non simpliciter Institutiones tradere logicas, sed in iisdem tradendis ubique vult exprimere mentem philosophi κατ' ἐξοχήν i. e. Aristotelis Stagiritae ejusque dictis lucem effundere ex sapientia Doctoris angelici, s. Thomae videlicet Aquinatis, quem Summus Pontifex Leo XIII omnibus tum professoribus tum auditoribus rerum non minus philosophicarum quam theologicarum exemplar protectoremque dedit. Quamobrem auctor in omnibus sui Enchiridii capitibus ad doctrinas recurrit Stagiritae easque juxta mentem angelici Doctoris evolvit, ita ut lector ubique summorum doctrinam virorum prae oculis habeat et pleno ore possit haurire.

Totam Logicae tractationem auctor in sex dispescit capita, in quibus agit 1. de praedicationis (περὶ κατηγοριῶν), 2. de enuntiativa [περὶ ἐρμηνείας],¹⁾ 3. de rationativa, et quidem

¹⁾ Juxta auctorem (pag. 64) et multos alios, quibus lingua graeca aut ignota aut parum trita, Perihermenias est unicum vocabulum, quare duae voces in unam conflantur.

a) de syllogismo (περὶ συλλογισμοῦ, Analytica prior), 4. (b) de demonstratione (περὶ ἀποδείξεως, Analytica posterior), 5. (c) de dialectica seu de syllogismo probabili (περὶ τορπικῶν), 6. (d) de sophisticis elenchis seu de syllogismo sophistico (περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων). Unaquaeque pars dividitur in lectiones plures vel pauciores, prout materia postulat et usus veterum habet. Divisionis quidem generalis ratio exhibetur lectione secunda num. III. pagg. 16—18, singularum vero lectionum sive materiae sive consecutionis rationem reddere auctor supervacaneum duxit; generalem tantum procedendi regulam his verbis expressit pag. 19: »Materiam rationalis disciplinae proferre intendimus ea methodo, quae claritudini, brevitati atque ordini faveat. Singulis lectionibus exordia daturi sumus, quae velut principia se habeant omnium dicendorum circa quodcumque propositum.«

Quodsi singularum lectionum tractationem accuratius inspicias, subito haec discrepantia se tibi offeret, ut scilicet usque ad lectionem vigesimam septimam materias tractandas in varias invenias conclusiones distributas, dum a lectione vigesima octava usque ad ultimam (37 am) pro conclusionibus paragraphos (§§) invenias adhibitae. Ni fallor, processu temporis auctor ipse non potuit non videre, conclusionum methodo easque modo scholastico probandi conatu materias tractandas nimis distrahi claritatemque nonnunquam obscuritatis nubilis abduci. Insuper ingenue fateor, legenti has conclusiones inductas particula: ergo cum probationibus additis mihi saepe exortum esse dubium, num propositiones ex praecedenti principio verae et simplices sint conclusiones, an vero theorematum sive theses, ad quarum veritatem perspicendam praeter principii lucem multis aliis notionibus et conceptibus opus esset, praesertim **exemplis.**

Quodsi »Logicae universae« materiam tractatam tecum consideres et cum aliis Logicae operibus non solum in nostra Germania, verum etiam in Italia et Gallia publicatis conferas, ultro perspicies, nostri auctoris Logicam in summa summarum non exhibere nisi Logicam formalem, carere autem parte materiali, quae agit de **veri** fundamentis, fontibus et criteriis, ad quorum tractationem Philosophus et Doctor angelicus uberrimam subministrassent segetem; nostrae Germaniae philosophi — etiam catholici — temporum conditione adacti adjicere solent etiam partem experimentalem et singulare caput de **origine idearum**; quae quidem omnia auctor in ducum suorum scriptis abundanter evoluta invenire potuisset.

Verum quidem est, auctorem (Conclus. IV. pagg. 169—174) quandam cognoscendi theoriam exhibere et ad hoc recurrere ad intellectum possibilem et intellectum agentem; — attamen

nisi res intimius et profundius tractetur, lector rerum philosophicarum novitius vix obscuram acquirere rei ideam, praesertim quum voces: intellectus possibilis et intellectus agens nullo modo explicentur, sed iisdem intervenientibus statim in medias res intretur. — Idem ferme dicendum de propositione pag. 164: »Quarum (causarum) una est, quod quid erat esse, scil. causa formalis,« qua saepe rediens Aristotelis: τὸ τί ἦν εἶναι reddi voluit; at quis poterit bene intelligere hanc expressionem, nisi et secundum grammaticum dicendi modum et secundum ideam suppositam lectori novitio bene explicetur.

Quodsi temporis successu nova editio fiat necessaria, et pars secunda et tertia scil. philosophia speculativa et moralis (p. 264) nondum sint praelo subjectae, magnopere desiderandum esset, ut auctor impense limam adhiberet tum quoad materias magis concinne et dilucide pertractandas, cum quoad linguae latinae elegantiam, quae etiam non parum confert ad operis alicujus commendationem. Exemplis adducendis abstinemus, quamvis multa notaverimus. Corrigenenda quaedam in appendice exhibentur, sed multo plura legenti occurrent, praesertim versus finem operis.

Quodsi postulamus, ut generatim feramus iudicium, libenter confitebimur, multas et pretiosas Philosophi atque angelici Doctoris margaritas in hoc opusculo esse collectas et ubique sanas et commendabiles exhiberi doctrinas, auctoremque omnium doctorum hominum sibi comparaturum esse gratum animum, si nutus in praecedentibus exhibitos ei sequi placuerit. Id unum adjiciam: valde desiderandum est, ut, ubicunque Aristoteles vel s. Thomas citantur, accurate locus intentus indicetur, ut lector ulterioris eruditionis cupidus etiam ipsos possit inspicere.

Dr. P. Thomas Bauer, O. S. B.

Bibliographia liturgica.

Catalogus Missalium ritus latini ab anno MCCCCLXXV impressorum. Collegit W. H. Jacobus Weale. Londinii apud Bernardum Quaritch. 1886. p. XII, 296. 8^o.*)

Der früher mehr kunsthistorischen Arbeiten zugewandte Archäologe W. H. James Weale hat sich seit etwa 10 Jahren vorzugsweise auf liturgischem Felde thätig erwiesen. Als neueste Frucht seiner Forschungen bietet er eben den ersten Band einer »Bibliographia liturgica«, der in splendorer Ausstattung den Katalog sämtlicher gedruckten Missalien lateinischen Ritus enthält. In alphabetischer Ordnung werden die Messbücher der einzelnen

*) Nur 250 Exemplare auf gewöhnlichem, 50 auf Velinpapier.